Tercia

bēt laicos i ecclesia ſua cōſtituere yconomos
qui ſcilicet reb⁹ ecclesie preſunt vel vice dāp
nos qui ſcilicȝ preſunt rebus epiſcopi ſed cle
ricos probatos eiuſdeȝ ecclesie octuageſima
nona diſtinctione capitulo volumus. vbi di-
cit canon volumus vt frater noſter paſcaſius
vice domini Gloſa ideſt yconomum rerum
epiſcopalium ſcilicet qui rebus epiſcopalib⁹
et hoſpitibus ſuperuenientibus prouideat
clericum ydoneum exiſtere. Quia ſecunduȝ
gloſam nō poteſt epiſcopus in propria per
ſona tractare talia negotia vt quinta queſtio
ne tercia quia epiſcopus. ſed diceres an epi-
ſcopus poſſit congrue diſpenſationem re-
rum ecclesie propinquis ſuis cōmittere Re
ſpōſio ſi mali ſint nec etiam nō aliis ſibi fa-
uore humano aut inhoneſte coniunctis ꝙ ſi
fecerint peccāt et debet excōmunicationi an-
nue ſubiacere octuageſima nona diſtictione
capitulo decenter duodecima queſtione pri
ma epiſcopus ecclesiaſticarum. dicitur notā
ter ſi male ſint quia ſi fideles ⁊ boni ſunt ſecū
dum quoſdam videntur aliis preferri ſi ne-
ceſſarii ſint ita tamen ꝙ cauſam preſtet nat̃a
non gracia ideſt non vt ditentur propter car
nalem amorem ſed vt paſcantur propter car
xxviij nis ſuſtentacionem ⁊c. Sed diceres an
melius ſit prelatis ſollicitari circa multipli-
cationem temperalium aut īſiſtendo cure pa
ſtorali habita diſpenſare Reſponſio ſancti
thome in quadam queſtione de quolibet ꝙ
hec queſtio aut loquitur pro ſtatu conmuni.
aut pro caſu vel neceſſitate aliq̄. ſpeciali. ſi ꝓ
momodo ſollitudo propria prelati et preci-
pua debet eſſe circa gregis cuſtodiam. oran-
do. predicando. ſacramenta diſpenſando. et
ſua iuxta ꝙ res exigit errogando. multiplica
cio autem temperalium poteſt exerceri dupli
citer vel oportunitate ſe offerente ſine ſpiri-
tualium notabili dampno vel non. Primo-

Pars

modo pium eſt ea mltiplicare ad vtilitatem
ecclesie ſicut paulinus legitur feciſſe. ſi vero
non ſe offert oportunitas nullatinus licet ei
ſe ipſum diſtractioni ingerere et propter hoc
ſecularibus occupare tamen inpedimento
notabili in cuius rei exemplum apoſtoli pri
mo dimiſerunt omnia. ſecundo etiam diſpen
ſationes cōmunium Act. ſeptimo vnde can̄
dicit Epiſcopus nullam rei familiarum curā
habare debet ſed tantum intendere lectioni
orationi. et predicationi. et quia cura eciam ī
cumbit minoribus licet nō equalis tenentur
a contractatione terrenorum ſe ſubtrahere ni
ſi quantum manifeſta requirit neceſſitas. vn
de gregorius primo i paſtorali capitulo q̄r-
to cum plus quam neceſſe eſt ſe meus exteri
oribus inplicat quaſi obligata in itinere obli
uiſcitur quo tendat et hoc precipue quia de-
bet vacare ſcripturis ſactis vt docet auguſti
nus ad valerium et gregorium in libro de cu
ra paſtorali in fine primi libri tamen in caſu
magne neceſſitatis magis eſſet vacandū hu
iuſmodi quam cōmune fiat quia ſpiritualia
in preſenti ſine temporalibus diu perſiſtere
non poſſunt cōcordat idem ſecunda ſecunde
queſtōne ꝑma octuageſima articulo quarto
Et tantum de rebus temperalib⁹ et negotio
earum.

Sed diceres nnuc de poteſtate
epiſcoporum que ſit poteſtas
eorum Reſponſio Reychar-
di libro tercio de differenciis
officiorum titulo viceſimoſeptimo. §. quinto
epiſcopi ſubſunt metropolitāis vt nichil poſ
ſunt ſtatuere vel diſponere de hiis que ſpec-
tant ad conmunem ſtatum prouincie abſq̄
metropolitano. Sicut nec econuerſo. Me
tropolitanus abſque concilio epiſcoporum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-585/0042
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG